(112)

[archive stamp: DEPOZIT]

Ser.me Principes et Domine Domine
Nobis clementissime

Perpetuorum fidelium servitiorum nostrorum in gratiam Maiestatis Vestrae Sacrae humillimam commendationem. Vestra noverit Maiestas Sacra Nos literas vestras statutorias et introductorias pro parte Egregii Petri Nagy Czibicularii Maiestatis Vestrae Sacrae emanatas, Nobisque inter alios in eisdem literis nominatim conscriptis, Capitulo honore et decentia, ea qua decuit reverentia et obsequio recepisse in haec verba. Stephanus Bathory de Somlyo Vaivoda Regni Transylvaniae et Siculorum Comes etc. fidelibus nostris Egregiis et Nobilibus Volphgango Pitik, Joanni literato Colosvarj et Joanni Balassj, Notariis et Iudicibus Cancellariae nostrae, de Quianta, ad infrascripta executionem peragenda per Nos specialiter transmissis, item Benedicto Bogharj de Boghard, Paulo Capitan de Apahida, Joanni Forro de Hadrev, Johanni Keresi de Myhalcz, Gabrieli Foldvarj de Korugznyak et Paulo Baki de Meggykerk, salutem et favorem. Cum Nos dignum et honorificum habeamus respectu Gratiae fidei integritatis fideliumque servitiorum fidelis nostri Egregii Petri Nagy Cubicularii nostri, quae ipse nobis in omnibus fortunae varietatibus, statim a pueris summa cum animi sui dexteritate imprimis autem proximi belli tempore, dum videlicet Caspar Bekes notorius atque proscriptus hostis dicti regni nostri hostem exterius Germanicis et finitimis Hungaricis militibus atque etiam factionibus quorundam rebellium et infidelium nostrorum, ac huius regni adiunctis hoc regnum clam subdole et perfide invaderet, contra personam et dignitatem nostram, ac fideles nostros, statumque regni publicum hostilia quaeque moliretur, singulari diligentia ad castellum Sancti Pauli supra fluvium Marusium existentem exhibuit et impendit, ac in futurum quoque exhibiturum et impensurum esse. Totales itaque et integras portiones possessionarias dominae Annae Mykola consortis Valentini Wasfalvaj in Magiar Cappad, item Andreae Myske in Bogo, necnon Pauli Chiaki et filii sui Franc. Chiaki ex Anna quondam Anna filia Egregii olim Franc. Patochj de Bethlen, consorte eiusdem Pauli Chiaki peracti, praeterea Balthasaris Bornemissza in Bethlen salva possessionibus ... in Comitatu Albensi Transylvaniae existentis habitas, quia et quod dicti Valentinus Wasfalvaj, Andreas Myske, Paulus Chiaki et Balthasar Bornemissza immemores fidei et fidelitatis suae, nobis et huic regno debitae dicto Caspari Bekes una cum aliis complicibus adhesissent atque factionis et partis eius totis viribus fovissent, cum eodem Caspare Bekes arma contra nos et publicum regni statum sumere veriti non fuissent, ideoque iuxta fidelium nostrorum dominorum regnicolarum iudiciariam deliberationem, in Comitiis eorundem generalibus, proxime praeterito ad festum beati Jacobi apostoli in Anno Domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo quinto praeterito, in Civitate nostra Colosvar celebratis facta, nota perpetuae infidelitatis, ac amissione omnium bonorum, tam propriorum quam coniugis, ac liberorum suorum, una cum aliis infidelibus condemnati, ad nos consequenterque collationem nostram vere et legitime devolutae et redactae esse dinoscuntur, tandem et omne ius regium si quod in eisdem portionibus possessionariis qualitercumque existeret, aut ... et idem nostrum, et quibuscumque causis, viis modis, et

1576 Febr. 29.

57.

rombus concernunt collationem, simul cum cunctis suis utilitatibus et
pertinentiis quibuslibet, terris scilicet arabilibus, cultis et incultis,
agris pratis, pascuis, campis, foenetis, sylvis nemoribus, montibus
vallibus vineis, vinearumque promontoriis, aquis fluviis piscinis
piscaturis, aquarumque decursibus, molendinis et eorundem locis, generaliter
vero quarumlibet utilitatum et pertinentiarum suarum integritatibus, quovis
nominis vocabulo vocitatis ad easdem et idem de jure et ab antiquo spectan.
et pertinere debentibus sub suis veris metis et antiquis limitibus ipsi
memorato Petro Nagy, ipsiusque haeredibus et posteritatibus univer-
sis vigore aliarum earundem literarum donationalium superinde confectarum
in perpetuum salvo jure alieno, per Nos [illegible] donavimus et con-
tulimus, velimusque eundem in dominium earundem portionum
possessionariarum et juris regii in eisdem habiti mediis vestris legitime facere
introduci. Super quo fidelitati vestrae committimus et mandamus vobis
firmiter, quatenus acceptis praesentibus, simul vel duo vestrum, sub onere
aliàs in talibus observari solito, ad facies praescriptarum possessionum
Magyar Lapad, Bago, et Kettsfalvea vocatarum, consequenterque por-
tionum possessionariarum annotatarum in eisdem habitarum, vicinis, et
commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis et
praesentibus accedendo, introducatis praefatum Petrum Nagy, in dominium
earundem portionum possessionariarum, necnon juris regii in eisdem habiti
statuatisque easdem et idem eidem, ipsiusque haeredibus et posteritatibus
universis, simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet
praemissae donationis nostrae titulo ipsi incumbentis perpetuo possidendas
si non fuerit contradictum, Contradictores vero si qui fuerint
evocetis eosdem ibidem contra annotatum Petrum Nagy, ad terminum
quindecimum, à die huiusmodi contradictionis [illegible]
computandum, in Curiam nostram, nostram scilicet in praesentiam, rationem contradictio-
nis reddituros efficacem. Et tandem vos huiusmodi introductionis
et statutionis vestrae seriem, cum contradictorum et evocatorum, si qui
fuerint, vicinorumque et commetaneorum, qui praemissae statutioni interfue-
runt, nominibus et cognominibus terminumque ad praedictum, vel ut fuerit
expediens, Nobis fide vestra mediante rescribere vel rescribere
[illegible] et [illegible]. Secus non facturi praesentibus perlectis exhi-
bitis restitutis. Datum in Civitate nostra M[illegible] tertia die februarij
Anno Domini Millesimo Quingentesimo Septuagesimo Sexto. Nos itaque man-
datis Maiestatis vestrae Sacratissimae, per omnia ut tenemur obedire et satisfacere
volentes, vigesima septima die mensis februarij ad facies praescriptarum
possessionum Magyar Lapad, vigesima octava vero die, ad Bago, vigesi-
ma nona autem die ad Kotthsalvea, Consequenterque portionum possessionariarum
in eisdem habitarum, vicinis et commetaneis universis earum possessionum
vocatis providis Jacobo Simon, et altero Jacobo Zikeli Juratis
Georgii Banfi, in dicta possessione Magyarlapad, possessionis
et Joanne [illegible] Jurato, Michaele Vadas in Floriod Andrea
Kis jurato, Joanne foro, in Haporton, Paulo [illegible], Wolfgang
Welchewicz, et Theodoro Kis, Theodoro Vacz, in Wadrem, [illegible]
Onto Fekete jurato Joanne foro, et Joanne Bandi [illegible]
in Bago, item [illegible] Joanne Balathi, et Mathia Pal,

1576 febr 3

Iuratis, Stephani Thompa, ex praefata possessione Magyarlapad, Thoma
Lajos, et Michaele Bratoy, Ioannis Ferro, ex praefata possessione Haporton
Augustino Szekely, Thoma Miske, et Gallo Toth, Ioannis Nagy Gyorgy
ex Magyarcsesztve, Ladislao Ormenyes, Ioannis Szigeti, Andrea [illegible]
[illegible] praefati Ioannis Ferro, et Ioanne Birge, Thoma Lajos, ex praedicta
possessione praefata Bago, Ac Iudicis et Iuratis [illegible] Bartholomeo Miharos
Petro Kadar, Iuratis Mattis Vici Sancti, ex [illegible], necnon providis
Zacharia [illegible], et Thoma [illegible] Iuratis et [illegible] Andrea Kadar
et Iacobo Daher Iuratis ex [illegible], Petro Karan Kenezio, et Theodoro
[illegible], Iurato ex Dallya, Mattis Vici Sancti, Petro Orbot, Kenezio, Catharinae
[illegible], Nicolai Orbay, et Danya [illegible], Iurato [illegible] Moyzin, [illegible]
[illegible], ex Drasso, Ioanne Popa, praefati [illegible] Mozin, et
[illegible] Bota Kenezio Catharinae [illegible] ex praedicta praefata possessione
Kotthfalva, [illegible] quondam [illegible] [illegible] Troza et
Andrea [illegible] Iuratis [illegible] Kalnaky, ex Enyedfalva possessionibus Ratio
commorantibus Egregiorum et Nobilium Jobagionibus, aliisque compluribus
inibi legitime convocatis et cum praesentibus accersitis, eundemque praefatum
[illegible] Nagy in dominium praescriptarum portionum possessionariarum dicti [illegible] in
[illegible] introduximus statuimusque, praedicti et eidem [illegible]
[illegible] et pertinentiis universis, simul cum cunctis earundem utilitatibus
et pertinentiis quibuslibet, Nobilis Thomas Miske filius praefati Andreae Miske
de Magyarcsesztve secunda die statutionis vigesima octava videlicet die
februarij, in praedicta praefata possessione Bago, in sua persona, pro ea parte
dictae portionis possessionariae dicti Andreae Miske, in eadem Bago existentis
quae ipsum Thomam Miske optimo iure ad eadem sua portione concernere,
contradictionis velamine Nobis obviavit, In reliquis vero partibus statutionis
nemo nihil contradixit, Nos quoque in praescriptas portiones possessionarias quibus
contradictum non fuit introduximus praefatum [illegible] Nagy in dominium earundem
et dicti [illegible] in ipsarum [illegible], statuimusque easdem et eidem iure
[illegible] et pertinentiis universis, simulcum cunctis earundem
utilitatibus et pertinentiis quibuslibet, praemissae donationis Mattis Vici Sancti
titulo eidem iure perpetuo possidendum, nullo [illegible] legitimis et sufficientibus
in partibus earundem praescriptarum portionum possessionariarum in possessionibus Magyarla-
pad et Kotthfalva [illegible] pro consuetudine moram continuam fecimus.
Dictum autem Thomam Miske, in praefata possessione Bago evocavimus
iuxta [illegible] Mattis Vici Sancti ad diem quintum diem a die
contradictionis eiusdem computatam, ad reddendum rationem contradictionis sue
in Curiam Mattis Vici Sancti, Vici Regis Mattis. Et Matti Vici
Sancti seriem Introductionis statutionis et Evocationis [illegible]
[illegible] [illegible], fide nostra mediante rescripsimus. Quam
[illegible] opt. maximus sanam et foelicem ad sua vota diutissime
[illegible] conservare dignetur. Datum in dicta
possessione Kotthfalva Vigesima Nona die februarij, [illegible]
[illegible] die statutionis [illegible] Anno domini Millesimo Quingentesimo
Septuagesimo Sexto

Eiusdem Mattis Vici Sancti

fideles [illegible]

Gabriel Foldvaij
de [illegible] et
Ioannes Colosvarj
Notarius et [illegible]
Cancell. Mattis Vici
Sancti

Ser^mo Principi et Dno Dno Stephano Dei gra Electo Regi Poloniae Magno Duci Lituaniae etc Principi Transylvaniae etc Dno Nobis clementissimo

1576 Aperta per me Mart. Berzeviceium procancell.